

DIETMARVS PRAGENSIS I. EPISCOPVS.



Dietmarus natione Saxo, & opinione sanctitatis insignis apud Bohemos Euāgeliū prædicauit, atq; in magna existimatiōe fuit. Erat tum Boleslai ducis Bohemię soror Milada, eximia specie uirgo, sacris literis imbuta, & multa eruditio-ne conspicua. Quæ cum orationis causa Romam petiuisset, à Iohanne 12. pontifice benignè accepta, ipsius authoritate monasterium S. Georgij in arce Pragensi construxit, ibi c̄ sacerdos consecra-ta fuit. Eadem quoq; sancti Viti ædem à S. Vuen-zeslao patruo fundatam, in cathedralē Ecclesi-siam promoueri obtinuit. Itaque Dietmarus ob-egregias uirtutes primus in ea Episcopus consti-tutus fuit, circa annum Christi noningentesimum sexagesimum. Eam ecclē-siam Dietmarus magna animi moderatione gubernauit, atque suo exemplo omnes ad pietatem excitauit. Cum hoc modo longo tempore optimè præfuisset, tandem moriens S. Adelbertum successorem habuit. Aen. Syl. in Hist. Bohem. cap. 16.